



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 7. Gironis Garciae Loaysiæ Archiepiscopi Toletani fatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1599.

rum varios Commentarios typis vulgabat. Edidit etiam tractatus in Epistolas divi Pauli ad Romanos, & Galatas præter Scholia in Sicardum Cremonensem Episcopum: denique posteris reliquit responsiones ad diversorum Principum quæstiones, atque Apologiam pro Antonio Mario Pro-Episcopo Cremonensi contra Calumniatores: præterea composuit etiam tractatus de contrariis, & censuris ecclesiasticis. Obiit tandem Romæ plusquam sexagenarius.

§. VII.

*Gironis Garcia Loaysæ Archiepiscopi Toletani fatum.*

Thu. l. 122.  
Mancken II.  
lexie. litt. S.  
Iselin. lexic.  
tom. 3.

**H**is Scriptoribus jure optimo accesseri meretur Giron Garzias de Loaysa Telaveræ in Castella natus, & Petrus Gironis Castellani Consilarii Filius, qui in Complutensi Academia tantum in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis profectum fecerat, ut scientiæ, atque eruditionis eminentia vix sibi parem numeraret: his ergo literis, ac præcipue historica scientia probe imbutus Compluto Toletum contendit, ubi cedente Cognato suo, Lopelio de Carvajal Guadalaxarenfis Archidiaconus remanebat, ibidemque usque ad annum Domini millesimum quingentesimum

mum octogesimum quintum commora- Sæcul. XVI.  
 tus a Philippo II. Hispaniæ Rege ad au- A C. 1599.  
 lam accersitus est, ut eidem a Con-  
 cionibus, & Confessionibus esset, ubi tot  
 beneficiis, ac honoribus cumulatus fuit,  
 ut idem Rex Filium suum Philippum  
 III. ei imbuendum traderet, quo in mu-  
 nere Garcias residuum tempus unice in  
 indaganda sacræ Historiæ veritate im-  
 pendit, atque exacta etiam Concilio-  
 rum notitia sibi comparata, collectio-  
 nem Conciliorum Hispaniæ edidit. Pos-  
 tea ab Alberto Cardinali Austriaco ad  
 Belgii administrationem evocato Toletanæ  
 Ecclesiæ Vicarius anno salutis mil-  
 lesimo quingentesimo nonagesimo sexto  
 designatus, ac demum a Philippo II. Rege,  
 postquam Albertus Elisabetham Claram  
 Eugeniam Hispaniæ Infantem ducere  
 statuerat, ad Toletanum Archiepisco-  
 patum nominatus fuit, qua tamen di-  
 gnitate vix uno semestri fruebatur Com-  
 pluti hoc anno die vigesima secunda Fe-  
 bruarii anno ætatis suæ sexagesimo  
 quinto fatis functus. Ferunt nonnulli,  
 illum animi mærore consumptum obiis-  
 se, eo quod se a Philippo III., postquam  
 hic Patri suo in regno successerat, mino-  
 ris haberi, suaque merita negligi æger-  
 rime ferret.